



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

Ad Sanctos Diei, Quo Natus es, & quo baptizatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

meo augeam, in libro vitæ. Place-  
 rubit hoc Deo, qui me vobis, hoc  
 nominis velut peculiari vinculo,  
 clientem obstrinxit, & nunc me  
 supplicem ad vos mittit. Juvaretis  
 me petentem, si hic essetis, ubi ta-  
 men si adhuc essetis, minus posse-  
 tis; juvate nunc supplicem, cum  
 ubi estis, ubi plus potestis, & ubi  
 Deo charitas longè magis perfecta est.  
 Juvate me, ut me vincam: facite  
 me, me ipso quotidie meliorem.  
 Tollite à me id, quod me impedit:  
 impetrate id, quod mihi magis ex-  
 pediat ad salutem; nec me deserite,  
 usque dum, unà vobiscum, coram  
 Deum videam, & amem, atque illi,  
 & vobis, agam gratias in æternum.  
 Amen.

AD SANCTOS DIEI, QUO NATUS  
 es, & quo baptizatus.

O Sancti omnes, & Sanctæ Dei,  
 qui eodem anniversario die, quo  
 ego natus, aut quo baptismi Sacra-  
 mento renatus sum, nati, baptizati,  
 vel diem æternum ingressi estis;  
 rogo vos per amorem, quo jam tunc  
 vos amavit Deus, juvate me effica-  
 citate quàm maximâ, ut vitam,  
 tunc hic inchoatam, pretiosâ mor-

te concludam · nec de me verum  
 id, quod verum est de Judâ, & AD  
 probis: *Bonum erat ei, si natus non*  
*fuisset homo ille.* Facite, ut gratia et  
 efficaci adjutus, omnia, quæ in ba-  
 ptismi Sacramento promisi, perse- D  
 veranter fidelis exequar: ac mundam  
 carni, diabolo, & pompis ejus, in mea  
 uti vos renuntiastis, renuntiem ego  
 etis ipsis. Gaudeo me baptismo flumina  
 minis, Dei filium factum esse: & legi  
 id factum non fuisset, nunc face-stitu  
 rem. desidero enim, desidero, quic omni  
 quid ad æternam salutem mihi ne imp  
 cessarium, vel utile est: desidero De  
 esse, in Ecclesiâ militante, ac trium omni  
 phante, servus, & filius Domini Dei  
 mei, & Dei mei: quem amo, amo ac f  
 amo, & magis amare desidero super præ  
 omnia; quia Deus est, quia infinitus mag  
 bonus, infinitè pulcher, infinitè vest  
 amabilis est. Utinam possem etiam, æter  
 uti sancti Martyres, baptismo san- ut a  
 guinis baptizari, & fieri victima velu  
 in holocausto fidei, spei, chari- ligni  
 tatis! Orate, ut sim illi amoris vi- vos  
 ctima incruenta, si cruenta. volo  
 non ero. Amen. quo  
 c.